



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

75 Cognoui domine, quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti
me.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

48 MEDITATIONES

Conf. 8. & plures tenent nomine autoritatis. Certè
s.z. D. Augustinus de Victorino, cum Christianus fieret, nomen daret, & professionem profiteretur in conspectu sanctæ multititudinis, maximam eum in omnibus lætitiam excitatissime refert. Et sonuit, inquit, presso sonitu per ora cunctorum collætantium, Victorinus, Victorinus. Cito sonuerunt exultatione, quia videbant eum, & cito siluerunt intentione, ut audiret eum. Pronuntiavit ille fidem veracem, præclara fiducia. Et volebat eum omnes rapere intro in cor suum, & rapiebant amando, & gaudendo. Hæ rapientium manus erant. Lætari autem iustos Propheta in sui ipsius aspectu dicit, quia in verba Domini super sperauit. Videbant enim non frustratum spe sua, quia omnis, qui sperat in eo, non confundetur. Videre autem sperantes in Domino non fuisse fraudatos, & lætitiae seges, & sanctæ fiduciae seminarium est: ut sibi idem sperantibus idem confidant tribuendum. Quod enim prædantis est præmium, subsequentis est pignus.

Psal. 24.

75 Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

Fлагellis eruditus, a clumine tuo in humilitate collustratus cognoui, quia iudicasti me.

dicia tua , quibus me affligere , & atterere
 voluisti , æquissima , imò ipsa æquitas sunt .
 Et quod me humiliasti , rectissima verita- Sanctorū
est in fla-
 te fecisti . Hoc est Sanctorum proprium , vt gellis Dei
 Dei iustitiam , & bonitatem in flagellis
 agnoscant . eum laudent , atque defendant . bonitatē
 Sic enim B. Diadocus in decessione gratiae agnosce-
 à Deo facta , ad eum accedendum esse do- re .
 cet , gratias agentes cum defensione . Et c. 87.
 forte ad illud Apostoli alludit , qui inter 2. Cor. 7.
 poenitentie fructus apologiam enumerat ,
 quasi Deum defendamus : eumque quando-
 nos atterit , iustissimè , atque ad utilita-
 tem nostram fecisse profiteamur . Ne si-
 mus (vt inquit S. Augustinus) sicut insul- Hoc loco .
 sus puer in domo plus diligens Patrem , cū
 blanditur , quam cum flagellat : quasi (in-
 quirit) non & blandiens , & flagellans hæredi-
 tam paret . Quæ confessio Deo gratissi-
 ma est . Quin etiam (quod magis miran- Et suos
 dum est) suos Deus severius tractare vide- Deus se-
 tur , quam peccatores . Quod Ser. 5. de Pœ- uerè tra-
 nitentia egregiè tractat , & ostendit S. stat .
 Chrysostomus . Nam peccatores , vt attol-
 lat animo ; & spe ad poenitentiam , & vitæ
 emendationem prouocet , blandis promis-
 sionibus , & dulci indilgentiæ securitate
 allicit . Iustos vero , vt cautiores reddat , &
 in bono confirmet , nunc terret , nunc atte-
 rit . Et , cum debitori poscenti . Patien- Matt. 18.
 tiam habe in me : debitum omne dimis-
 erit , atque confessionem clemētissimè de-

T 4 bitv

440 MEDITATIONES

biti solutionem fecerit, & decem millium
talentorum summam dimiserit; à Iusto ta-
men, quo nihil illi acceptius, vſuram exi-
git, dum ait. Et veniens cum vſura rece-
pisse. Quod videlicet, & peccatorem ſo-
letur, vt eleuet; & iustum terreat, vt ſta-
tuat, & conſirmet. Quiaſi pauperum enim
peccatorum miseretur: & quiaſi à diuiti-
bus vſuras à Iustis expetit: illis quidem
propter inopiam donans, ab his verò ac-
curatius rationem diuitiarum pietatis

Virtus in
aduersis
apparet.

Ser. 27. in
Cant.

Ser. 20. in
hunc Ps.

exigens: quia reuera nihil peccante pau-
perius, nihil diutius Iusto. Hæc ex S. Chry-
ſostomo. Accedit etiam quod timentes
Dominum clarius Sanctorum virtutes in
aduersis agnoscunt, quam in prosperis.
Nam stella in nocte virtus in tribulatione.
Quomodo enim (inquit S. Bernardus) ſte-
lae in nocte lucent, in die latent, ſic vera
virtus, quæ ſep̄e in prosperis non apparet,
eminet in aduersis. Addit S. Ambroſius,
Deum quos miſeratur citò caſtigare, ut nō
diutius affiantur futuri expectatione in-
dicij.

76 Fiat miſericordia tua, ut conſoletur
me, ſecundūm eloquium tuum
feruo tuo.

Qui dixerat ita ſe compositum, ut, qui
viderent eum, letarentur, certè magna
ſe Dei miſericordia & præuentum, & or-
natum